

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Catalogus Praelectionum Publice Et Priuatim In Academia Fridericiana ... Habendarum

**SS 1777 : Catalogus Praelectionum Publice Et Priuatim In Academia Fridericiana  
Per Semestre Aestuum A.R.S. MDCCLXXVII. Habendarum**

Buetzouii: Typis Ioann. Gotth. Fritzii, 1777

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1784976121>

Band (Zeitschrift)

Freier



Zugang





J. 594.<sub>18</sub>

8. 1777

# CATALOGUS PRAELECTIONUM

PUBLICE ET PRIUATIM

IN


ACADEMIA

F R I D E R I C I A N A

PER SEMESTRE AESTIUM

A. R. S. MDCCCLXXVII.

HABENDARUM.




---

B U E T Z O U I I  
TYPIS IOANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. DVC. AVL.  
ET ACADEM. TYPOGR.

БИБЛІОГРАФІЯ  
МІЖДІВІСІАНІ





## LECTIONES THEOLOGORUM.

**D.** CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th. P. P. O. & Confist. Ducal. Consil. juvante Deo THEOLOGIAM DOGMAT. denuo auspicabitur. THEOLOGIA POLEMICA ad finem perducta præleget INTRODUCTIONEM HIST. THEOLOGICAM in libros ecclesiæ evangelicæ symbolicos. In enarranda ista periodo HISTORIÆ ECCLES. in quam incidit repurgatio sacerorum, perget.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Confist. Duc. Consil. & S.S. Theologiae P.P.O. hoc semestri aestiuo adiuuante DEO 1) *Theologiae Dogmaticae* alteram partem docebit; 2) *Theogiam moralem* continuabit; 3) praecepta *Homiletica* & *Catechetica* tradet, quibus exercitationes adiungent ad rectum usum & habitum formandum accommodatas.

IOH. PETR. ANDR. MUELLER, *Facult. Theol. Adjunct.* *Introductionem* præbit in omnem Scripturam Sacram Veteris Nouique Testamenti, ad sua, quæ parata habet, dictata: *Explanationem* aggredietur omnium librorum Noui Testamenti, intra biennium bono cum Deo fideliter absoluendam, & huic quidem semestri destinata vult *Euangelia Matthæi, Marci & Luce.*

## IURISCONSULTORUM.

**A**DOLPHUS FRIDERICUS REINHARD, *D. Jurium Professor primar. & Consistorii Ducalis Consiliar.* exponet *Institutiones* ad dictum Compendii Heinecciani, *Jus Ecclesiasticum vel Feudale* ad dictum Böhmeri, & *Jus publicum universale* cum *Jure Gentium* ad propria dictata. Horas tabula publica indicabit.

IO. MATTH. MARTINI, I.V.D. & P.P.O. Seren. Duc.  
Regn. a consiliis iustitiae  
per semestre aestivum occupatus erit explicando  
1) institutiones iuris.  
2) historiam iurium per Germaniam obtinentium.  
3) historiam mecklenburgicam.  
4) ius patrium.  
privatisime vero docebit  
5) praxis iuridicam tum iudiciale tum extraiudiciale.

EOB. TOZIVS, Sereniss. Duc. Regn. a Consil. Iust. Iur.  
Publ. Prof. O. docebit hora XI. *Ius Publicum Imperii R. G.* se-  
cundum *Institutiones* Ill. PÜTTERI.

IOH. CHR. QUISTORP, Sereniss. Duc. Regn. a Consil.  
*Iusfit. & Iur. P.P.O.* futuro semestri & quidem hora IX-X.  
docebit *Ius Criminale commune*, quod in germania obtinet &  
quidem secundum nouissimam editionem *Perill. Kochii*. In ex-  
plicatione hujus Iurisprudentiae partis autem ad vberiorem prin-  
cipiorum criminalium delineationem in libro & potissimum in  
ejus nouissima editione, sub titulo, *Grundsätze des teutschen  
peinlichen Rechts* expositam vbique respiciet. Insuper secun-  
dum elementa b. Heineccii *Institutiones Iuris Civilis* & quidem  
hora XI-XII. explicabit. Denique hora X-XI. aut *jus Ecclesias-  
ticum Protestantium* mox finiendum iterum paeleget, aut  
Collegium Pandectale Duee Ill. Hellfeldio, vti quidam optant,  
per integri anni spatium instituet.

MEDI-

## MEDICORUM.

**G**EORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Facultatis Medicæ Senior, per instans semestre aestivum, si benignissimus Deus vitam viresque ulterius concederit, publicas prælectiones destinabit Medicinæ sic dictæ legali, neqve deerit, qvi ipsius privatam operam in aliis artis salutaris partibus desideraverint.

**D.** AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Medicinæ P.P.O. & SERENISS. DUC. *Conf. Aul.*

Wird auf hohen Herzoglichen Special-Befehl in den Vormittags-Stunden von 10-12 die Frauens-Personen, die von den Herzogl. Aemtern und Ritterschaftlichen Gütern zu ihm gesandt werden, in der Hebammen-Kunst ohnentgeldlich nach bestem Wissen und Gewissen gründlich unterrichten.

Privatam porro offert manuductionem in *osteologicis*, *angiologicis*, *chirurgicis* aliisque artis salutaris partibus ad desideria prænobilissimorum Auditorum.

**D.** PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, Archiater & in Aula a Consiliis, P.P.O. per sequentem aestatem, data occasione, auspicabitur lectiones materiæ medicæ ex ordine Compendii b. Vogelii. Quibusque, praeter hæc, prodesse possit, minime deerit, & promptam exspectent Commilitones voluntatem desiderii eorum inserviendi.

## PHILOSOPHORUM.

**A**NG. IO. DAN. AEPINVS, Philos. P. P. O. & SERENISS. DUC. a Consil. Cancellar. Secretior. ob negotia clementissime sibi demandata absens, hoc semestri laboribus academicis vacare adhuc impeditur, ad quos tamen mox redibit.

**M.** WENCESLAUS JOHANNES GUSTAVUS KARSTEN, Mathes. & Phys. P.P.O. hora consveta docebit Mathes-

in Theoreticam Elementarem secundum præcepta exposita in Parte I. libri ab ipso editi, cui titulus: *Anfangsgruende der gesammtten Mathematisch*; hora vero III.-IV. explicabit ejusdem libri Partem II. Præterea hora legitima scholas aperiet Logicas commentaturus in *Perill. Darjeſu Viam ad veritatem*, & insuper scholas Physicas Dogmatico-Experimentales, explicaturus Celeb. Erxleben *Anfangsgruende der Naturlehre*, excepta tamen parte hujus libri Astronomica.

EOB. TOZIVS, Hist. Prof. P. O. res in praecipuis Europæ Regnis & Rebus publicis bello paceque gestas enarrabit ad filum Compendii Achenwalliani: *Geschichte der heutigen vornehmsten Europäischen Staaten im Grundriss*. Horam in tabula publica indicabit, &

Aliam, quae Auditoribus commoda erit, destinat historiae Imperii R. G in qua pertractanda sequetur III. PÜTTERVM in Eius libro: *Grundriss der Staatsveränderungen des Deutschen Reichs*.

M. OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, *Consil. Aul. LL. OORR. P.P.O. & Bibliothecae publ. Praefectus*,

h. VIII. Cursorias lectiones in Vetus Test. horis IV, & in Coranum horis II. residuis continuabit.

IX. Quatuor prioribus hebdomadis diebus *Criticam sacram*, duobus reliquis Hebraeae & Dialectorum cognatarum rudimenta succinete enarrabit.

XI. Ad Diplomaticam orientalem harum dapium cupidis viam aditumque facilem aperiet.

M. SAMUEL SIMON WITTE, *Jur. N. & G. P. P. O.* aestivo hoc, quod instat, semestri, *Logicam*, *Metaphysicam*, atque universam *Philosophiam practicam* cel. Federo duce explicabit; *Jus Naturae* vero speciatim, nec non *Jus Sociale*, ad compendium *Darjeſianum* satis notum commentaturus, docebit; ac præterea elegantem cel. *Losſu libellum*, *Unterricht der gesunden Vernunft*, inscriptum, privatim interpretabitur. Horas auditionibus hisce tribuendas e tabula publica indicabit.

M.

M. IOH. PETR. ANDR. MUELLER, *Prof. Philos. Ordin.*  
*Logicam docebit, itemque Metaphysicam e suo Compendio, ao.*  
1769. *in lucem edito: enarrabit placita clarissimorum ex omni*  
*tempore philosophorum, hac ipsa in re daturus operam, ut a sa-*  
*næ rationis dictamine humanæ opinationis vanitas liquido di-*  
*gnoscatur: Exercitia offert disputatoria, quibus, quidquid est*  
*aut in theologicis aut in philosophicis ponderosæ controversiæ,*  
*sub examen reuocetur.*

## DOCTORVM PRIVATORVM.

IOANN. FRIDER. VETTER, *Philos. & J. V. Doctor &*  
*Ex-Professor, nec non Serenisimi & Clementissimi Principis ac*  
*Domini nostri Consiliar. Aulic. studia sua etiam docendo com-*  
*probabit. Hora VIII. itaque Hoppii Examen Institut. Imperial.*  
*explicabit: Hora X. in Sam. Pufendorfii Tractat. de Officio Ho-*  
*minis & Civis commentabitur: Hora XI. & Hora III. Jus ciuale,*  
*ad ductum Ludovici Doctrinam Pandectarum, ad Auditorum*  
*captum, explicabit.*

NICOLAVS GEORGIVS BERNARDVS DE LOE-  
WENSTERN D. per instans semestre aestiuum diuina fauente  
gratia PVBLICE theoriam processus civilis atque nouiss. capitu-  
lationem S. Caes. Maiest. praeleget; PRIVATIM autem horis  
X - XI & II - III pandeetas duce B. BOEHMERO; hora IX - X  
ius criminale ad ductum principiorum Illustris MEISTERI &  
hora XI - XII ius feodale praeente per ill. Ge. Lud. BOEHMERO  
docebit, quemadmodum nec illis deerit, qui antiquitates iuris  
Romani ex elementis generof. de SELCHOW hora VIII - IX a  
se exponi cupient.

FRIDERICUS NEUMANN, Phil. Doct. finitis laboribus  
v. D. in instanti semestri aestivo *praelectiones philologico-critico-*  
*exegeticas in N. T. continuabit, & quidem in epistolas Pauli ita*  
*dicas minores - enarrabit quoque cum consensu S. R. Facult.*  
*Theol.*

*Theol historiam haeresum, disceptationum, nec non divisionum ecclesiasticarum ab inchoante ecclesia Christiana usque ad nostra tempora - tradet denique cupientibus Theologiam naturalem, vna cum indice defectus veritatum ex natura cognitarum, quo lucem S. S. petre, cogimur - horas autem praelectionum habendrum e tabula publica indicabit.*

FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS KARSTEN, ex speciali Amplissimae Facultatis Philosophicae concessione: *Mathesin theoreticam* ad partem I. a fratre ipsius editi libri: *Lehrbegrif der gesammten Mathematik*, hora VIII - IX ante meridiem: & *principia doctrinae cameralis* more solito ad positiones a se suppeditandas hora II - III post meridiem, aut alia a commilitonibus eligenda, explicabit.

\*

\*

*Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt, magistros quoque habent artium eo pertinentium peritisimos.*


---

P. P. Bützovii ante Festum Paschatos MDCCCLXXVII.









## MEDICORUM.

TOPH. DETHARDING, Facultatis Medi-  
ans semestre astivum, si benignissimus Deus  
erius concesserit, publicas prælectiones desti-  
dictæ legali, neque deerit, qvi ipsius priva-  
artis salutaris partibus desideraverint.

JIS SCHAARSCHMIDT, Medicinæ P.P.O.  
C. Conf. Aul.

en Herzoglichen Special-Befehl in den Vor-  
von 10-12 die Frauens-Personen, die von  
ern und Mütterschaftlichen Gütern zu ihm ge-  
der Hebammen-Kunst ohnentgeldlich nach  
Gewissen gründlich unterrichten.  
offert manuductionem in *osteologicis*, angi-  
aliisque artis salutaris partibus ad desideria  
Auditorum.

LUDOLPHUS SPANGENBERG, Archia-  
nsiliis, P.P.O. per sequentem aestatem, da-  
abitur lectiones materiæ medicæ ex ordine  
lii. Quibusque, praeter hæc, prodesse pos-  
& promptam exspectant Commilitones vo-  
eorum inserviendi.

## PHILOSOPHORUM.

AEPINVS, Philos. P. P. O. & SERENISS.  
icellar. Secretior. ob negotia clementissime  
ns, hoc semestri laboribus academicis vacare  
d quos tamen mox redibit.

SLAUS IOANNES GUSTAVUS KAR-  
Phys. P.P.O. hora consveta docebit Mathe-  
\* 3 fin